



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CXL. Joannes XV. Anno Christi 985. Ottonis III. Reg. 3. Basil. & Const. 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

ut probabilius censet Pagius ad an.  
986. §. 4.

## ANNOTATIONES.

(1) Papebrochius in Conatu Chronico Historico apud Bolland. tom. 8. Maji pag. 168. *Mutandi nominis non eacausa fuit, que Octaviano, & Franconi paulo ante progressis, sed alia plena reverentia erga Apostolorum Principem; ob quam etiam successorum nemo, postquam mutandarum Pontificibus nominum consuetudo involuit, Petri nomen sibi arrogare presumpsit. Est autem res omnino admiratione & consideratione digna, quod cum Petri nomen jam inde à Constantini Magni aetate fuerit Roma frequentatum (ut constat ex Romanarum Synodorum subscriptionibus) ad hac tamen usque tempora nemini contigerit, cui Petri nomen obtingisset, etiam Petri successorem fieri in Apostolica Sede: quod nescio, an mere casui possit adscribi. Vide annotat. 1. ad Sergium II. & annotat. 2. ad Joannem XII.*

CXL.

JOANNES XV.

ANNO CHRISTI 985.

OTTONIS III. REG. 3. BASIL.

&amp; CONST. 10.

JOANNES ejus nominis XV. natione  
Romanus, ex patre Leone postea Pres-  
bytero

hyero, anno 985. mense Decembri Bar. an. 985. §. 3. 4. Pag. §. 1.  
 electus est. (1) Vexatus statim à Bar. an. 993. §. 1. Pag. §. 1.  
 Crescentio Nomentano, qui titulo Bar. an. 996. §. 1. Pag. §. 1.  
 Consulatus arcem Hadrianam occupa-  
 verat, secessit in Hetruriam, &  
 per Legatos confugit ad opem Ot-  
 tonis. (2) Ut cognoverunt Romani,  
 veriti potentiam Regis eum revo-  
 cant in Urbem, & prosequuntur  
 honore omni. Tranquillum adep-  
 tus Pontificatum ad memoranda re-  
 liqua S. Udalricum Episcopum Au-  
 gustanum, inquirens in vitam ejus  
 atque miracula, congregato ad id  
 Romæ Concilio, in Sanctorum nu-  
 mero habendum decrevit. Quo  
 facto initium solemnibus *Canoniza-*  
*tionibus* dedit. (3) E vita migravit  
 anno 996. cum annum Pontificatus  
 undecimum attigisset. Hic fuit in ar-  
 tis eruditissimus, & multos libros com-  
 posuit. (4)

## ANNOTATIONES.

(1) Vetus Pontificum Codex Vaticanus  
 apud Baronium ad an. 985. §. 3.

(2) Baronius ad an. 985. §. 4. *Novus*  
*tyrannus exurgit in Urbe, qua hæte-*  
*nus fuerat Albericorum violentiâ con-*  
*culcata atque depressa. Fuit hic Crescen-*  
*tius*

Mm 5

tius

eius Nomentanus, qui titulo Consulari  
munitionem S. Angeli possidere aggressus  
est: quam adeptus, inde infestare non  
nihil cepit ipsum Joannem Pontificem.

(3) Vide annotat. 10. ad Leonem III.

(4) Martinus Polonus in Chron. pag.  
344.

## CXLI.

GREGORIUS V.

ANNO CHRISTI 996.

OTTONIS III. REG. 14. BASIL.  
& CONST. 21.

**G**REGORIUS V. Germanus,  
Bruno antea dictus, fulgens ro-  
giâ Ottonis affinitate, anno 996. Pon-  
tifex creatur. (1) Quo die, non  
comperio. Ante diem tamen postre-  
mum Maji iniisse honorem sum-  
mum, pro certo affirmaverim. Eo  
enim die, qui solemnus erat Pente-  
costes, Ottonem III, cujus favore  
auctus fuerat dignitate tantâ, Impe-  
ratorem rite constituit. Habuit de-  
inde eo præsentem Romæ Concilium  
in quo Collegium Septemvirum Im-  
peratori creando institutum, edunt  
non pauci. (2) Ottone in Germa-  
niam profecto, Gregorius à Crescen-  
tio

Bar. an.

996. 9. 5.

7. 27. 38.

Pag. 9. 1.

& seqq.